16 de Junio de 1598. 1

229-12

Falladell.

Ynvestidura del Feudo de Falladell dada por el Bayle gral. de Cataluña de los tutores, y curadores de la Mag.ca Geronima Lull.

Leg.o 1.o N.o 43.

+

Noverint universi quod anno a nativitate Domini mil-
lesimo quingentesimo nonagesimo octavo die vero martis
decima sexta mensis Junij intitulata presente et in hijs vocato me
Mathia de Deu apostolica atque regia auctoritatibus notario pu-
blico Civis Barcinone ac altero ex scribis officij Bajulie generalis Cathalonie
pro Illma domna Mencia de Requesens et de Zuniga Comi-
tissa de Benavent domina utili scribanie dicti officij et presentibus
etiam testibus Antonio Robinat mercero et Guillermo Bru-
quets regio portario Civibus Barcinone ante presentiam admodum
illustris et nobilis domini Francisci de Agullana et de Caldes Sacre
Catholice et Regie Majestatis Consiliarij et pro eadem Locumte-
nentis generali in officio Bajuli Generalis ac Procuratoris regiorum feudorum
Cathalonie personaliter adinventi in Concistorio domorum officij Ba-
iulie generalis Cathalonie que site sunt in presenti Civitate Barcinone in pla-
tea divi Jacobi Constituti personaliter magnificus Galcerandus de
Albanell et Joannes Dusai domicelli Barcinone domiciliati tu-
tores et suis casu loco et tempore Curatores unacum magnifico
Michaele Dome maiore dierum domino Federico de Caprarria
vita functo Michaele Joanne Pons Conciliario in ordine primo
presentis Civitatis Michaele Dome minore dierum infirmo fratre
domino Antico a Caprarria Francisco Gualbes de Corbaria absenti-
bus dati constituti et assignati in ultimo magnifici quondam Joannis Llull
domicelli Barcinone domiciliati testamento quod fecit condidit et fir-
mavit Barcinone penes discretum Joannem Sala auctoritate regia no-
tarium publicum Barcinone die vigesima nona mensis Mar-
tij anno a nativitate Domini millesimo quingentesimo no-
nagesimo tertio personis et bonis Hieronyme et Elisabeth
Llull pupillarum dicti quondam magnifici Joannis Llull filiarum agentes hec
scilicet dictus magnificus Galcerandus Albanell tam nomine tutorio
et curatorio predicto quam etiam ut surrogatus propter absen-
tiam fratris domini Antici a Caprarria et per mortem domini
Federici a Caprarria et domini Ludovici Sorell tutorum et curatorum

predictorum prout de dictis surrogationibus constat duobus
publicis instris in papyro scriptis a dicto Dayne uno subiect
sub calendario diei vigesimi tertii mensis Julij anno a
natiuitate Domini millmo quingentesimo nonagesimo quar-
to altero vero sub calendario diei vigesimi tertij mensis
Januarij anno a natiuitate Dni millmo quingentesimo no-
nagesimo septo clausis et subsignatis per discretum Hieronymum
Talauera regia auctoritate notarium publicum Daninorum
Scribamqz maiorem Curie Vicarii Regni pro herede seu succes-
sore magci Petri Perez qd. uno ultimi Scribanie ipsius Curie
ac etiam ut procurator et actor ad infra et alias legitime
constitutus et ordinatus a dictis magcis Franco Gualbes et
Michaele Doms infirmo prout de procuratione et actoria
dicti Gualbes constat instro recepto penes d. Michaelem
Celles notarium publicum Regni die 4 mensis No-
uembris anno à natiuitate Domini millesimo quin-
gentesimo nonagesimo septo de procuratione autem et
actoria dicti Michaelis Doms constat instro recepto penes
notarios et scribas officij Baiulie Gnalis Cath. die decima
Maij proxime preteriti de qua cum pntr ego dictus no-
tarius et scriba fidem facio dictis nominibus et dictus
Joannes Dusay tam tutorio et curatorio nominibus supradic-
ti qm etiam ut procurator et actor dicti magci Joannis
Pons prout de eius procuratione et actoria constat instro
recepto penes notarios et scribas dicti officij die quinto
currentis mensis Junij de quo cum pnti ego dictus nota-
rius et scriba fidem facio dictis nominibus mediis pri-
mitus iuramentis per ipsos et eorum quemlibet in animas
eorum et cuiuslibet eorum nominibus respectiue predictis
prestitis pro obtemperando regie sententie late per ad-
modum illustrem Baiulum Gnalem Cath. de consilio magci
Hipolyti Montaner V. I. d. Regie populat. assessoris dicti
officij die vigesimo quinto mensis Augusti anno a
natiuitate Domini millesimo quingentesimo nonagesimo

GOBIERNO DE ARAGON

quarto, prout cum quo vir in alia dicta Elisabeth et Hie-
ronyma Lull filie dicti q.m mag.ci Joannis Lull Loucar
tutores et curatores ad causam dati tanquam tenentes uni-
versam hereditatem dicti Joannis Lull fuerunt eidem
nati ad confitendum et recognoscendum tenere in feudum
pro rege domino nostro supradictum Castrum et Castlaniam
del Palladell cum iuribus et pertinentiis eiusdem uni-
versis et prestandum sacramentum et homagium fideli-
tatis ac alia faciendum prout latius quidem et specifice
in dicta regia sententia ad quam sit et habeatur relatio con-
tinetur confessi fuerunt et in veritate recognoverunt
dicto admodum illustri Lochumtenenti generali in dicto officio
nomine domini Regis ipsos dictis nominibus respective seu
verius dictas Elisabeth et Hieronymam Lull pupillas
tenere in feudum pro Sacra Catholica et Regia Majesta-
te domini nostri Regis et pro suis in regia dignitate suc-
cessoribus Castrum et Castlaniam del Palladell situm
in Vicaria Tarrege unacum decimis redditibus et aliis iuri-
bus et pertinentiis eiusdem universis quod quidem feudum
pertinet et spectat ad dictas pupillas scilicet ad dictam
Hieronymam Lull tanquam filiam et heredem univer-
salem dicti q.m mag.ci Joannis Lull patris sui prout de
dicta sua universali herentia constat ultimo dicti q.m Jo-
annis Lull desuper calendato testamento. Ad dictum
autem mag.m Joannem Lull predictum feudum perti-
nebat et spectabat tanquam succedentem mag.ti Div.
Joanne Dionisii de Santa Minate et Lull eius avie paterne
mag.ci Joannis Ludovici Lull avi sui prout de cuius suc-
cessione constat in ultimo dicte q.m domine Joanne Dio-
nisii de Santa Minate et Lull testamento quod fecit con-
didit et firmavit Barcinone die octavo mensis Aprilis
anno a nativitate Domini millesimo quingentesimo
tricesimo nono clausoque fuit subsignato per discretum
Petrum Mir auctoritate Regia notarium publicum Barcinone
tenentem et regentem suis corti et iudici dicti Vicarii

5

discreti Antonii Angles q.m eisdem auctoritatibus Connotarii sui publici Barcinone. Ad dictam autem mag.cam dominam Joannam Dionisiam de Sanctominato et Cellent predictum feudum pertinebat et spectabat tanquam heredem universalem mag.ci q.m Fran.ci de Sancto Minato domicelli in Civitate Barcinone domiciliati genitoris sui in casu qui locum habuit per mortem pregnate quondam mag.ce Catarine Joanne Cellent et de Sancto minato eius matris in cuius utero deferebat tempore obitus dicti q.m eius patris heredis Joannem dicte mag.ce Joanne Dionisie de Sancto minato a qua partibus sui posthumis instituti prout de dicta eius universali herentia plene constat ultimo dicti q.m mag.ci Fran.ci de Sancto minato testamento quod fecit condidit et firmavit penes discretum Jacobum Sastre notarium publicum Barcinone in monasterio sancti Cucufati Vallen. diocesis Barcinone die vicesima quarta mensis Madii anno à nativitate Domini millesimo quingentesimo septimo de declaratione vero fideicommissi in favorem dicte mag.ce Joanne Dionisii de Sancto minato appositi in precalendato dicti q.m patris sui testamento constat quadam sententia adjudicatione seu declaratione in sui favorem facta per mag.cum Marcum Antonium de Camos domicellum regentem vicariam Barc.ne de concilio mag.ci Joannis Quintana v.i.c. judicis assidentis sive conciliarii sui die prima mensis Julii millesimo quingentesimo tricesimo octavo legitima precedente informatione ut in ea apparet prout constat quadam publico adjudicationis instrumento inde confecto clauso per discretum Joannem Dot civem Barcinone regia auctoritate notarium publicum scribamque maiorem Curie vicarii Barc.ne pro honor. Joannoto Serra domicello domino utili scribanie ipsius Curie

Pertinet itaq. et spectat predictum feudum ad dictos con-
fitentes dictis nominibus dno Venies dicti pupilli nedum
titulis predictis verum etiam alijs certis iustis et legiti-
mis titulis atq. causis et ab antiquo et antiquata
possessione de qua memoria hominum non existit in con-
trarium. Quibus peractis incontinenti dicti mag.ci Bal-
cerandus de Albanell et Ioannes Dusay dictis nominibus
respective exposuerunt eidem nobili locumtenenti gnali
in dicto officio q.d cum ratione nove successionis fieri de-
beat nova investitura supplicarunt dicti respective
nominibus eundem quatenus ipsos dno Venies dictos
pupillos ad successionem dicti feudi bonorumq. et perti-
nentiarum eiusdem admittere dignaretur offerentes se
dictis nominibus respective prestos et paratos eidem no-
mine domini Regis prestare solitum sacramentum
et homagium et omnia alia et singula facere ad que
ratione dicti feudi tenebant. Et incontinenti dictus nobilis
locumtenens gnalis annuendo supplicata per dictos
Albanell et Dusay dictis nominibus respective fore iusta
et rationi consona ipsos pro dictis nominibus ad successionem
dicti feudi admisit. Promiseruntq. dictis nominibus respe-
eidem ad.m illustri locumtenenti gnali in dicto officio no-
mine dicti dni Regis recipienti dictum feudum cum iu-
ribus et pertinentijs eiusdem universis pro sacra C. et Re-
gia Majestate tenere iuramentumq. fidelitatis ore et
manibus commendatum iuxta Usatici Barchinone consti-
tutionesq. Cathaloniae generales hunc q. huius Patrie eidem
nobili locumtenenti gnali in dicto officio prestiterunt
quibus iuramento et homagio per dictos confitentes dictis
respective nominibus prestitis et per eundem nobilem lo-
cumtenentem gnalem in dicto officio nomine domini
Regis receptis incontinenti dictus ad.m illustris locumt.s
gnalis eosdem dictis nominibus investivit de dicto feudo bo-
norumq. et pertinentiarum eiusdem per traditionem cuiusdam
ensis evaginati per dictum ad.m illustrem locumt.m generalem

in dicto officio eidem dictis nominibus resp[ective] factis iuxta
formam aliarum Investiturarum Predecessoribus suis de dicto
feudo factarum. Salvis tamen et expresse retentis dicto domino
Regi et suis conditionibus et retentionibus in dicta Infeuda-
tione dicti feudi si que sint contentis nec non iuribus d[omi]no
d[omi]no Regi pertinentibus in tertijs laudemijs et foriscapijs
si que forsan dicto d[omi]no Regi et suis deb[ea]ntur p[rese]nti Investi-
tura facta in aliquo non obstante. De quibus omnibus et
singulis supradictis ad mandatum dicti nobilis locumt[enen]tis
g[e]n[er]alis in dicto officio et requisitionem dictorum mag[nifico]rum
Galcerandi de Albanell et Joannis Dusay nominibus
resp[ective] supradictis facta fuerunt duo publica consimilia
instrumenta unum penes dictum nobilem locumt[enen]tem
g[e]n[er]alem in dicto officio remansurum alterum vero
dictis Albanell et Dusay dictis nominibus resp[ective] tradendum
per me [nota]rium et scribam infrascriptum. Que fuerunt
acta Barchinone anno die mense et loco supradictis p[rese]nte
me dicto et infrascripto notario et scriba ex[is]tentibus etiam testi-
bus antedictis ad premissa vocatis specialiter et assumptis
prout superius continetur.



Sig[+]num Fran[cis]ci Daguí regia auct[oritat]e notarij publici
Barcinone, et alterius ex scribis officij Baiulie g[e]n[er]alis
Cathalonie pro Ex[cellentissi]mo d[omi]no Marchione de los Velez
d[omi]no utili scribaniarum dicti officij, qui huiusmodi Inves-
titure instrumentum penes dictum q[uondam] Matthiam Deden no-
tarium et scribam prefatum receptum à libro Inves-
titurarum novarum primo B. C. C. extractum scripsit; et
requisitus claus[it].

~~nº~~ 64

16. Junio 1598.

~~ooo~~

Nº 37

Investitura del feu del Talla=
dell

nº 64

Investitura del feu del
Talladell fe[illegible]
[illegible]

Tayadell 65 [redacted] 9

N

En poder de Antoni de Beu Notari y Escriba de la Vallia General, a 16 de Juny 1594 lo Noble D. Françesch de Aguillona y de Caldens, llochtinent de Valle General per sa Mag.d fexen acte de ynvestitura als Mag.chs Galçeran de Monell y Joan Bu-ssay donsells, Com atudors y curadors de los persones y bens de Jeronima y Elisabet Ulls, fillas del Mag.ch Joan Ull, de la Cortania del Tayadell, ab tots los drets y pertinençias de aquella.

Dita investidura tingue efecte en favor de ~~Dona~~ Jer.ma la mayor de las pubillas, com a filla de mayor del dit Joan Ull, y a Joan Peraxaria com a ereu de sa avia ~~Dona~~ Joana Monica de Semmenat sa avia.

10

N.º 3.

Memoria del
instrumento
de Embetir para
Jallabel

GOBIERNO
DE ARAGON